



## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Sebastiani Henrici Penzingeri, Consistorialis  
Passaviensis, Decani, & Parochi in Trauttmansdorff ad  
Laitam Bonus Ordo Triplicis Formatæ Concionis Moralis In  
Omnia Festa Sanctorum In Amplissima ...**

**Penzinger, Sebastian Heinrich**

**Solisbaci, 1698**

Concio Tertia. Textus: Mirantibus, præ gaudio. Thema: Passionem Domini  
meditari, gaudium, & ingens meritum causat.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51763](#)



## IN FERIA III. PASCHATIS.

## CONCIO TERTIA.

*Mirantibus præ gaudio. Lucæ 24.**Textus.*

Passionem Christi meditari, gaudium inter- *Thema.*  
num, & quam maximum meritum causat.

**H**ristum passum, in manibus & pedibus, Cicatrices *Exordium.*  
Vulnorum gestientem, intuiti sunt Apostoli, & admirantes gaudebant. *Mirantibus præ Gaudio.* Exinde hoc Documentum capimus, Passionem, Vulnera, & Cicatrices Christi meditari, singulare Gaudium internum, consolatione in mentis, & animæ quam maximum meritum causat. Probo Scripturæ Textu, & SS. Virorum asserto. Secundum multi- *Textus.*  
tudinem dolorum meorum in corde meo, consolaciones tuae, letifica- *Scriptura.*  
verunt animam meam. canit David. Psal. 93. Sicut abundant Pas-  
siones Christi in nobis, ita & per passionem abundat consolatio nostra.  
inquit Paulus 1. ad Corinth. 4. cap. Audiamus Patres. Certa ergo se- *Patres.*  
cura est expectatio promissa Beatiudinis, ubi est participatio Do-  
minica passionis. scribit S. Leo Papa. Serm. 9. de Quadrag. Eleganti- *S. Leo Papa.*  
tia sunt verba Rabani de laudibus Crucis. *Passio Christi Cælum suum Rabanus.*  
stentat, mundum regit, tartarum perfodit, in ea confirmantur An-  
geli, redimuntur populi, convertuntur intimi, stabilitur subsi-  
stentia, animantur viventia, consentiunt sententia, illustrantur  
intelligentia. Emphatica sunt verba magni Augustini. Lib. 5. con- *S. Augustin.*  
tra hærebes. *Fusus est sanquis medici, & factus est medicamentum*  
*phrenetici.* *Passio tua, Domine Iesu! ultimum est refugium, singu-*  
*larē remedium: Per has rimas (Vulnera Christi intelligit) licet mi-*  
*hi fugere mel de petrâ, oleum de saxo, & videre, & gustare, quam*  
Kk 3. *suavis*

*S. Bernar-* *suavis est Dominus.* Loquitur S. Bernardus. Serm. 22. super Ca  
dus.  
*S. Laurentius* *ca. Peroptimè S. Laurentius Justinianus de Pass. Domini M*  
*Justinianus.* *Salubrior, ad mentis habitaculum, cogitatio reperitur, qua*  
*sionis Christi, per ipsam quippe, humanae salutis restauratio, &*  
*effabilis Dei ad Homines, agnoscitur summa dilectio. Nemo alio*  
*B. Albertus* *divina Charitatis eternum fontem degustat melius, quam in*  
*Magnus.* *jusmodi attentâ, sedulâq; meditatione. Nervosè B. Albertus Mag*  
*Tract. de Mis.* Simplex recordatio, vel meditatio Paschonis Cr  
plus valet, quam si quis per annum jejunaret in Pane, &  
quâlibet sextâ feria, vel disciplinaret se, quâlibet hebdomadâ  
ad effusionem sanguinis, vel quotidie legeret Psalterium. Bern  
nus de Busto Serm. 15. inquit. Magis meretur, vel unam lachrymam emittens, ob memoriam Paschonis Christi, quam si a  
Thomas à Kempis. ram promissionis peregrinaretur. Thom. Kemp. habet. I. cap. 10.  
de Imitatione Christi. Qui se intemè, & devotè in Passione Do  
exercet, omnia utilia, & necessaria sibi, abundantanter ibi in  
Et iterum Lib. 2. cap. 1. § 4. Requiesce in Passione Domini, &  
cris ejus vulneribus libenter habita, si enim ad vulnera, &  
tiosa stigmata Jesu devotè configuis, magnam in Tribulatione  
fortationem senties. S. Gertrudes ait. lib. 3. cap. 41. Sic ut  
bile est, ut aliquis farinam tractet, ut inde pulverem tra  
habat; sic fieri non potest, ut aliquis cum devotione, etiam  
Dominica intendat passioni, & nullum inde fructum percipi  
cludo cum Ludovico Blosio in Sacell. anim. cap. 21. In affer  
planè Thesaurus invenitur in passione Christi, cui si reconsi  
ter adjunixeris, mirum in modum locupletaberis: quotiescum  
aliquid meditaris, aut legis, de passione Domini Iesu, san  
cta inde, & ingentem fructum reportas, etiam si parvo admittas  
seculu, & sine ullo sapore sensibili mediteris, ac legas: fieri nu  
tione potest, ut vel aspicias tantum piis oculis, imaginem tua  
sine grandi utilitate. Dei auxilio implorato, desuper Concep  
dicam.

## CONCEPTUS I.

*Confirmatio* Nomine totius Apostolici Collegii, consolatissimè scribit S.  
*jeu* Ius 2. ad Cor. cap. 4. Tribulationem patimur, & non angustiam  
*Deductio.* Persecutionem patimur, sed non derelinquimur. O magna

le! in tot adversis, quid adeò solidè Apostolos, in fame, in siti, in frigore & æstu, in vinculis & carceribus, in pressuris & tormentis, in ipsis mortis angustiis confortavit, consolabatur? dicit S. Paulus citata Epistola. *Semper mortificationem Jesu Christi, in corde nostro circumferentes.* Meditatio passionis Christi, gaudium internum adserit, tribulationes suaves reddit. Per pulchræ similitudine, hoc exprimit S. Catharina Senensis: Sicut panis durus, si aquâ mollitur, facile, & cum voluptate sumitur; ita dolores nostri, & labores, licet duri sint, leves & suaves efficiuntur, si per meditationem, sanguini, & passioni Christi immergantur. Figuris ex Scripturâ patet.

## CONCEPTUS II.

Exodi 15. cap. Filii Israël ad amarissimas aquas pervenerunt, quas bibere naufragabant. *Venerunt in Marath, neq; poterant bibere aquas de Marath, eò quòd essent amarae.* Mirabiliter tamen à Moysè, amarissimæ hæ aquæ dulces factæ sunt, ita ut cum gustu, Filii Israël eas biberint, & se recreaverint. Item narrat Scriptura. Num. cap. 17. aridum lignum, & baculum, dulcia amygdala protulisse. *Invenit germinasse virgam Aaron, in domo Levi, & turgentibus gemmis eruperant flores, qui foliis dilatatis, in amygdalas deformati sunt.* Quis dicet, quo remedio, aquæ amaræ, à Moysè dulces sunt redditæ? & quo artificio, arida virga refloruit, & dulcissimos fructus protulit? dicit remedium, & astum, citatis locis, sacer Textus: Moyses certum lignum in amaras aquas immisit, & dulces factæ sunt. *Clamavit ad Dominum, qui ostendit illi lignum, quod cum mississet in aquas, in dulcem verse sunt.* Exodi 15. cap. Iterum Moyses, in virgas tribuum inscripsit nomina. *Et unicuique nomen superscribens Virga sicca.* Virga, cui nomen summi Sacerdotis Aaron inscriptum fuit, floruit, fructus suaves protulit. Aquæ Marath amarissimæ, sunt mundi tribulationes, & miseriae; in has, si quis miserit lignum crucis, consideraverit in cruce pendentem, & patientem Jesum, aquas amarissimas tribulationum, compatiens Christo crucifixo meditatio, reddet dulces & suaves, causabit in mille adversitatibus, internum cordis gaudium, omnes adversitates reddet leves, & faciles: sunt animæ nostræ, nescio quomodo ari-

do aridæ, steriles, desolatæ, tristes; inscribatur his virgis aridis nomen summi Sacerdotis Iesu Christi, in cruce patientis; flores fructus dulces præferent, amoris erga Jesum, compassionis et Christum, contritionis, & doloris super peccata, quod tam amorem Dominum offenderimus: sapient exhinc penalitates, corporis mortifications, in aliquam offendarum commissarum compensationem. Ita Conceptum istum subscrabit zelosissimus S. franciscus de Sales. Lib. 11. de Amore. *Sicut Virga Aaron, prius iusta da, ubi summi Sacerdotis nomen ei inscriptum fuit, florere, & minare cœpit: ita & anima nostra, ex se sterilis, quamprimum summi Sacerdotis Christi nomen, ac passio inscripta fuerit, alenfructus producer.*

### CONCEPTUS III.

Narrat S. Evangelista Marcus cap. 16. *Cum transiisset Sal-*  
*thum, Maria Magdalene, & Maria Jacobi, & Salome, emis-*  
*aromata, ut venientes ungenterent Iesum: & introeuntes in-*  
*mentum, viderunt Juvenem sedentem in dextris, qui dixi-*  
*nolite expavescere, Iesum queritis Nazarenum crucifixum.* Ille  
 hic observanda veniunt: dicit Angelus Mulieribus, ne timetis.  
*Nolite expavescere.* Viri milites timent, & trepidant: *Exter-*  
*sunt Custodes, & facti sunt, velut mortui.* Matth. 28. cap. VII.  
 ment, expavescunt, & mulieres non timeant? *Nolite expavesc-*  
*cure non timeant?* dicit causam Angelus. *Iesum queritis Na-*  
*zarenum Crucifixum.* Timor, anxietas mentis est, timor tristitiam  
 fert, timor hominem inquietum, inconsolatum reddit; omni  
 anxietatem, tristitiam, inquietudinem, abesse jubet Angelus  
 mulieribus. *Nolite expavescere.* Indicans per compatiens  
 ditationem passionis Christi, omne id, quod animæ aduersus  
 grave est, tolli, ac menti quietem, animæ consolationem, in  
 num cordi tribui gaudium, jubilum, ac dulcedinem. Non  
 mysterio, quod Angelus dicat mulieribus: *Iesum queritis Na-*  
*zarenum crucifixum.* Cur addit: *Nazarenum?* an non sufficiat  
 cere; Iesum queritis crucifixum? Cur addit, & præmittit *Na-*  
*zarenum?* docet Hugo Cardinalis, in S. Marcum scribens: *Na-*  
*zarenum,* hoc nomen interpretari *Floridum.* Flores recreant, exhi-  
 rant, consolantur, imò medentur: idem ergo *floridus*, quod recreat,  
 exhilarans, consolans, adjuvans; crucifixo apponit, & adnectit Angelus  
 nomine.

nomen, & titulum Nazareni, intruens, per piam crucifixi IESU considerationem, recordationem, effici, ut Jesus erga tales sit floridus, internis consolationibus eos recreet, exhilararet: in facto, sunt expertæ hoc ipsum tres allegatæ mulieres, omnium primò iis, à mortuis gloriösè resurgens Jesus apparuit, & suā gaudiosā resurrectione, mirum in modum exhilaravit; cur omnium primò iis? Respondet Paulus de Palatio. *Quia duraverunt juxta crucem, videntes morientem, nunc priores meruerunt videre resurgentem.* Conformiter Didacus Stella, in Lucam. *Mariæ istæ, primò de resurrectione Christi exultant, quia maximè in passione ejus doluerant.* Discipulis euntibus in Emmaus, se Jesus associat. *Ipse Jesus appropians, ibat cum illis.* Lucae 24. cap. eos dulciter recreat, & consolatur. Nonne cor nostrum ardens erat in nobis, dum loqueretur in via, & aperiret nobis scripturam. Lucae 24. cap. Quid Christum movet, quod se suaviter eis associet, dulciter recreet, & consoletur? Motivam causam allegat Textus: *Ipsi loquebantur ad invicem, de omnibus his, quæ acciderant: de Iesu Nazareno, quomodo eum tradiderunt summi Sacerdotes, & Principes nostri, in damnationem mortuū.* Desuper Dionysius Carthusianus in Lucam. *Quia de Christi passione contulerunt, & ei piè compatiebantur, apti fuere, ab eo visitari, & consolari; specialiter enim complacet Salvatori nostro, collatio de suā passione.* Passionem ergo Domini meditari, considerare, gaudium internum cordi creat, homini uberrimos fructus divinæ gratiæ causat. Testem allego Sponsam.

#### CONCEPTUS IV.

Fatetur hæc, Sponsum sibi adeò addictum promeruisse, ut inter ubera ejus commorari placuerit. *Inter ubera mea commorabitur.* Cant. cap. 1. Inter ubera commorari, intensissimum amorem, & affectum significat, delicias, consolationes summas indicat. Quibus mediis uia est Sponsa, ut Sponsum suum, adeò sibi devicerit, tam amorosum sibi affectum reddiderit, delitiis, & consolationibus eam repleverit? indicat causam motivam Cant. cap. 1. *Fasciculus myrræ dilectus meus mihi,* Myrræ amaræ fasciculus, considerationem, meditationem, numerum amaræ passionis Christi, denotat; qui considerat, meditatur sepius passionem Christi, facit, & causat, ut dilectus animarum nostrarum Christus Jesus, amantisimum, affectissimum se ei exhibeat, intimè illi commoretur, delitiis

tiis internis, ac consolationibus animam replete. Confirmat discum hunc doctissimus Mansi. Disc. 8. Num. 11. annotans.

### CONCEPTUS V.

In Monte Thabor, transfiguratus est Jesus, adfuit Petrus, qui quicquid: *Bonum est, nos hic esse.* Adstant Moyses & Elias, qui loquebantur de excessu ejus. *Erant aurem Moyses & Elias visi in maiestate, & dicebant excessum ejus, quem completurus erat in Iherusalem.* Lucæ 9. cap. Benè notare libeat: dum Christus clarificauit præsentium corda, & animos, ineffabili gaudio, & jubilo perfuderet, Moyses & Elias de excessu, de amorosa passione Christi mini differunt; An non conveniens erat, de præsenti materiali, gloriâ Cœlesti, de immensâ Electorum beatitudine differere? de Moyses & Elias nihil conferunt, unicè loquuntur de excessu, amantisimâ passione Christi, Hierosolymis complenda: ad hos spondet Paulus de Palatio, id hoc præcipue factum esse myste ut omnibus fidelibus, hoc perhiberetur documentum, scilicet quod qui loquuntur, meditantur, considerant devotè, amarissimâ Christi passionem, iis Deus communicet donum gaudii intrinseci consolationis, prægustulum æternæ beatitudinis, hie adhuc inris exhibeat.

### CONCEPTUS VI.

Narrat S. Lucas cap. 24. Apostolos Christo prandium paratum obtulerunt ei Partem Piscis assi, & favum mellis. Cur primus Piscem, dein favum mellis? Respondet Hugo Cardinalis in LXXXI per Piscem assūm, Christum crucifixum, per favum mellis Christum gaudiosè resurgentem intelligens. *Piscis assus, fuit Christus in passione, favus mellis, in resurrectione.* Post Piscem offerunt favum, passionis Christi devotam recordationem, sequitur deinde favus mellis, interni gaudii, & consolationis. Concludo cum S. Bernardo. Serm. 1. de Resurrectione. *Non minus reverentia, resurrectionis tempus exigit, quam passionis, si compateremini, & congnaretis, si commoreremini, & consurgeretis.*

Hortor ergo omnes, desiderent cum S. Paulo, nihil aliud fieri nisi Jesum crucifixum: & promittit: *Si compatimur, & consolacionib[us] sic abimur.* ad Romanos cap. 8. Amen.

*Epilogus.*